



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

54 Quædam mala tolerare seu in ijs conniuere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

marfupium fuum quærit, eoq̄ue non inuento, vehementer commotus, rem indignam exclamat, crumenam ſibi eo ipſo in loco, vbi ius dicitur, eſſe ereptam. Tandem Morus rem omnem exponit, monens, ne poſthac tam acerbè reprehendat eos, quibus tale quid contingeret, neue furum, & crumenifecarum ſuſciperet patrocinium.

## SIGNVM LIV.

QVÆDAM MALA TOLERARE,

*ſeu in ijs conuiere, cum iſdem ſubito prohibitis, ac punitis, ſunſtiora conſequentur.*

**V**T in ſidibus Muſici instrumenti tendendis, ita in malis ciuitatis tollendis ſenſim accedetentim agere oportet. Illæ ſtrident, & rumpuntur, ſi intendas ſubito: hæc tumultuant, ſi collas repentinò. Ferox, immanis, truculenta eſt natura humana, conſilio ſemper non regitur, iudicio non coërcetur. Hinc Magiſtratus interdum clauſis quaſi oculis, vident quædam mala, ne nimis perſpicaces, videant monſtra, non ſine ſepulchro & naufragio: quædam, inquam, mala permittenda cenſent, ne grauiora mala ſequantur; ita tamen permittunt, vt peccantes ſuum ſcelus non ferant. Tanta enim eſt inſtantia humana, tam facilis deſcentus auerſi, vt lapſu prohibito, in immanitatem ſceleris precipitantius cadat.